

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 16 : De Ixione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[73\] : De Ixione](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 16 : De Ixione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 17 : D'Ixion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 16 : D'Ixion](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 16 : De Ixione, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/888>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 186v°-188r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Ixion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

fauit, ceterosque illarum peritia antecelluit, sed etiam Doricorum musicæ poterat, geminorumque tibiarum fuit inuentor, sicut Amphion Lydiorum, ut testatur Plutarchus in libro de Musica. fama est igitur Marsyas vbi cum Apolline decertata victus fuisset, de pinu arbore propinqua fuisse suspensum, & excostratum, ut testatur Nicander in his carminibus;

Μαρσύας τοι πίνακαν επειδή πέπλον

Μαρσύας, οὐκέτι φοῖλον απέφευγεν

Sepius & lacrymas de pinu tristis ademit

Marsyx, vbi Phœbus nudavit cortice membra.

- 10 E pelle Marsyx viris factus fuit, quem in Celenororum ciuitate fuisse scribit Herodotus in Polymnia hoc pacto; si dicitur, Cenide dicitur tuus datus, metapone nupes eam te operam, si nihil nisi perdidisse, ne perdidisse nisi in datus, non posse aliquid nos possidere, non posse de datus non possedere. Tunc, utrum tuus datus non possidere. Et ita res aucta res adhuc res aucta illa, ut res possidere possit, ut res, quae in res possidere possunt, non posse possunt. utrumque apud Aenean latenter, insuperpetui. Ipsi postea quam Halym traiecerunt flumen Phrygicum, per ipsum protecti Celena adierunt: vbi scatent fontes Mzandri flumini, & alterius non minoris Mzandro, cui nomen est Catarractes. hic oritur ē foro Celenororum, & in Mzandrum influit: vbi est etiam Sileni Marsyx viris in ciuitate suspensus. est enim sermo Phrygum quod is de Marsya ab Apolline excoriato fuit suspensus. Dicitur ea de causa vniuersis tibicinibus deinde iratus fuisse Phœbus, quem Sacadæ opera placatum posse fuisse memorat, cum is primus Delphis Pythium cantum cecinisset. Quid per hanc fabulam significare voluerint antiqui, manifestum omnibus esse arbitror, quoniam dictum fuit ad superborum, & nimis elatorum animorum deprimendam temeritatem multas fabulas fuisse inuentas, quibus etiam consolantis illis, qui molestiarum & calamitatum cumulis obruuntur, ut licet, nam ut Deus in temerarios animaduerget, ita viros bonos aliqua calamitate oppresos adiuuat, quod & ipsum per fabulas antiqui nobis tradiderunt. Cretensis enim 30 Hippolyti filia Acallis vxor cum capta fuisse Pelei desiderio, neque tamen Peleo ut secum congrederetur persuadere posset, illum apud Acallum, quia suam pudicitiam tentasset, accusauit. Hunc Acallus secum habens ad verticem Pelei montis adduxit, & vincitum feris laniandum reliquit, ut scripsit Diognetus in rebus Smyrnæ. Verum eius innocentia miserrimus Iupiter ensemble illi per Vulcanum misit, quo se a feris tueretur: deinde cum in vibem venisset paucis comitantibus Acallū debellauit, & imperio ipse potius esset. ut igitur non est viri sapientis aduersus diuinam Dei voluntatem ob proximum felicitatem & opulentiam insurgere, sic in rebus aduentis non cedendum viribus tempestatis, sed in virtusque certa animi moderatione uti convenient. nunc de Ixione dicamus.

De Ixione.

Cap. X VI.

Enimvero multò his sceleratior fuit Ixion Phlegyæ filius, ut sensi Euripides; ut Aeschylus, Antionis; ut Pherecydes, Pisones & Actionis; ut vero alii Mattis, & Pisidices. Hic enim Diom filium tenuit, ut alii maluerunt, Deioneum, uxorem duxit; cum pollicitus esset se mox munera faceto mox esse daturum. verum cum ad illa accipienda venisset Deioneus, hunc

hunc Ixion in foueam carboniam, quam tenuissimis tabulatis superius
igne interius occultato instruerrat detrahit, cum illum ob eam cedem fa-
tor inuasisset, neque ullum vel Deorum vel hominum reperiit, a quo ex-
piaretur, quia primus is ausus esset in affinitate coniunctum, manus infer-
re, Iupiter non solum eius misericordia caput illum expialis dicitur, sed
etiam in eorum acceptum liberaliter tractasse, & a secretis constituisse. hic
igitur pro tanta Louis in se liberalitate ac munificentia, Iunoni stuprum
ferre conatus est: quod cum illa Ioul significasset, non facile credidit Iupiter,
quippe cui Bellerophontis, & Hippolyti casus essent cogniti; sed rem
palam oculis intueri voleuit. dicitur igitur nubem in Iunonis formâ coegisse,
quam Ixioni obiecit cum qua congressus Centauros suscepit. ob id facinus
cum gloriaretur Ixion, passimque eblacteraret, ac eam, quam aduersus lo-
uem commiserat, turpitudinem tacere non posset, fuit e celo ad inferos ob
suam loquacitatem deiectus. hic rotz ferrez fuit alligatus, circa quam an-
gues complures conuoluebantur, perpetuoq; rotz cui comuolutz motu agi-
tabatur, ut nunquam posset quiescere: q; significauit Virg. lib. 3. Georg. in
his;

Inuidia infelix furias, amoremq; seuerum
Cocytus metuet, tortosq; Ixionis angues,
Immanemq; rotam. Et Tib. lib. 1.

Illic Iunonem tentare Ixionis ausi

10

20

Versantur celeri noxia membra rota.

Memorix prodidit Strabo lib. 9. Phlegyam, non patrem, sed fratrem fuisse
Ixionis, cuius filius fuit Pirithous, & Chiron, & alii. Hec summatim ea sunt,
qua de Ixione scripta apud antiquos inueniuntur: nunc qua explicatio
his attribuatur vestigemus. Zezes grauiissime Pindarum, ac Palaphatum
philosophum exagitat, tanquam vel sibi domesticam supellecilem furati
fint, vel Deorum immortalium templo spoliarint. Pindarum quidem, quia
dixerit, quod vbi Ixion cum nube ab Iove summissa concubuisse, filium p-
genuit hinc Gratiis Hyperphialum, qui rem habuit cum equabus Magnelis
in Pelio monte, ex quibus natum est genus partim matribus, partim patri
simile. At Palaphatum, quoniam Centauros dixit appellatos filios Ixionis,
quia cum tauri agrella in Thessaliam venientes fruges deuastaret; tum iuue-
nes fortes equos ascendentis in tauro impetum fecerunt, ac filiulis pupu-
gerunt. cum vero eos agrelles procul fuissent conspicati, existimatū superna
parte homines, inferiore equos esse, quia nemo equum ante id tempus con-
scederat, & quia tauros illos pungentes vidissent Centauros appellasse, qua
quo pacto tantum abhorreant ab antiqua simplicitate, & credulitate homi-
num, non video. At quam absurdam ipse pollea attulit expositionem Diiboni.
Dicit enim Nabem seruam fuisse vocatam apud Pharaonem, quam Ixion
pupugerit, & ex ea nam sit Centaurorum genus, qui a pungenda aura seu
nube ita sint dicti. Quis vñquam per Deos immortales pugere in rebus Ve-
netis usurpauit? neque illud sane satisfacit, quod nititur in Graecorum fa-
bulis modo Aegyptiorum, modo Chaldeorum exemplis illas comprobare;
cum multò magis etiam moribus, & sacrorum ritibus hęc loca distarent in-
ter se, & consuetudine orationis, quam vel vestrum foris, vel regionum in-
teruallo. Quod si Aura apud Pharaonem serua vocabatur, aut oportebat in
ea regione fabulam hanc fuisse inuentam, aut ostendere illam in Thessaliam
venire, aut de his melius est tacendum, quam dicere illa, que nesciuntur.

Quod

30

40

Mythologiae

Quod Ixion infidias sorero struxerit, id historicè dictum est; & penitentia
deinde captus dicitur furore mentis suile correptus. Id homicidium cū pri-
mum commissum fuisset inter coniunctos, nemo eius consuetudinem aut
amicitiam expetebat; quare de patria profugere coactus est: & à Rege quo-
dam (nam Ioues Reges omnes ob recentem Iouis memoriam dicebantur,)
perbenigne acceptus expiatu s fuit, & à secretis creatus, quare hæc nar-
ra ca sunt, ut de Ioue. Hactenus mihi conuenit cum Zeze: quia hæc ad histo-
ricam narrationem spectare censeo. Huius Regis vxoris pudicitiam elam
tentasse dicitur Ixion, quod illa grauter ferens rem interim dissimulans
aperit marito. Is non facile credens vxori rem oculis tenere voluit: cum mu-
lietatem que Nephele vocabatur instruxit pro vxore, ac vxori mandauit,
ut iuberet eum in certum locum statuta hora noctis conuenire, quod cum
præstolaretur. Is igitur, ut statutum fuerat, veniens, pro vxore Regis cum
serua rem habuit, ex qua natus est Imbrus is, qui primus Centaurus fuit vo-
catus. Postea vero dicti sunt Centauri non solum illi, qui ab Ixione origi-
nem duxerunt, sed plerique in Thessalia ad Pelium montem habitantes, &
in taurorum morem in hostes imperum facerent, essentque propè in re mili-
tari suribundi. Hi primi equos celetes atque desultorios, ut aiunt, conscen-
dere, & pugnare ex equo invenerunt, cum frena etiam ab ipsis Lapithis, &
ephippia, & omnis equestris supplex fuisset inuenta. Inde fabulosè dictum
est Ixionem à Ioue expiatum in celum fuisse acceptum, & Iunonis tentasse
pudicitiam, & ob eam causam ad inferos detrusum. Nam ob cognitam teme-
ritatem fuit Ixion à secretis remotus, ex aulica familis deiectus & miseri-
mus omnium factus, cum perpetua tamen ambitione, gloriaque vexaretur.
Cum vero ex illa nascatur inuidia necessario, ideo dictus fuit ad inferos de-
tritus, rotuque perpetuo motu circumvolvit inter serpentes alligatus; quæ
narratio non parum in inuidos & ambitiosos homines conuenit, ut ait gra-
uissimus autor Plutarchus in Agide & Cleomene hoc pacto; ut ētīmē τούτη
τίδε φαντασία πριν τὴν φθεγγίην οὐκ εἰπεῖν τὰς ἐμέ τούτου μάθε, οὐ δὲ λαβόντες
τὴν φθεγγίην αὐτή τὴν ὄρας, τοῦτον εἶται περὶ γενετικούς. τοῦτο δὲ τὸν τῆς φθεγγίης
αρχῆν ἀλλά τοι τὸν τῆς εμφύτου, οὐδὲ ὅλην τοῦτον, εἴλεται τοῦτο πλάκα
την πραττεῖν, εἴλεται εἴλεται φρεστεῖν, σάλιν τοῦτον εἴλεται. Non
absurdè sanè, neque imperite in ambitiosos Ixionis fabulam conuenit non
nulli arbitrii sunt: quod is Nubem pro Iunone compresserit, atque ita na-
cum esse Cetaurorum genus. Nam qui gloria rāquam imagine quadam vir-
tutis alliciuntur, illi nihil sincerum, nihilque laudabile, sed multa illegiti-
ma & absurdā agant, necesse est, multisque agitationibus ferantur, cupiditi-
bus, & omnibus animorum affectibus obsequētes. Illi enim, qui pro vir-
tute gloriam ex quibusvis rebus consequantur, aut qui pro vera sapientia
falsam amplectuntur, multa indecora faciant oportet; quare monstro simi-
les Centauri ex nube nascuntur. Et quoniam nullus eorum status est diu-
turnus, qui per illegitimas artes ad honoris apicem gloriaj contendenterint,
idcirco remotus à secretis, & ad inferos detrusus fuit Ixion, ubi perpetua
pena præteriorum recordatione scilicet, discruciatur. Ego Ianè non minus
præclaram illam explicacionem huius fabulæ censuerim, quam vir optimus
compar meus Thomas Philologus Ravennas Eques in mediis attulit; vir sa-
ne & magnificentia & liberalitate propè Regis, & doctrina nō medioet; cu-
jus ingenio mirificè delector: tātō grātius scilicet iure optimo suppliciū es-
se

se Ixionis, quam ceterorum omnium, qui apud inferos torquentur; quanto maiora hic beneficia a Deo accepereat: quoniam id preclarè scriptum est. P cui plus remittitur, is plus debet. Hoc est fabulam hanc ideo fuisse fictam, ut per hanc significarent antiqui maximè omnium vitiorum iniuriam esse. Deus immortalibus acceptorum beneficiorum obliuionem: atque id etiam multò magis cum quis non modo obliuiscitur, sed etiam iniurias infert pro beneficiis; quod scelus vindicem esse Deum deniq; experitur. Ac de Ixione satis, nunc de Sisypho dicatur.

De Sisypho.

Cap. XVII.

10

Sisyphus cuius filius fuerit non patet, quæ tamen nonnulli Acoli fuisse acribati sunt, cum illum Ouidi. & Horat. & Home.lib. 1. Iliad. ita Acolidem appellauerit;

*Sisyphus Acolides, οὐδὲ γάρ τινα τινὰ εἴτε.**Sisyphus Acolides, Glaucus de semine cuius**Editur.*

Nam interpres Apollonit *νέκτης αἰλούς, στάχτης τὸν αἰλόν*, non ab Acolo sci-
licer, sed ab iis qui genus ducunt ab Acolo, Sisyphum Acolidem vocatū fuis-
se existimauit. Fuerint qui putarint Meropen unam ex Pleiadibus illi nu- 20
psille, de qua ita inquit Oui. in 1. Fall.

Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit.

Ex qua Glaucum, qui etiam Taraxippus vocabatur, qui fuit in Isthmo in
hippodromo ab equis discerpens, & Creontem suscepit. Habuit ex aliis èt
feminis alios filios, Thersandrum, Ornytionem, Almum, Porphytionem,
aliasque complures: atque Ephyram ciuitatem Peloponnesi habitauit, vt
teletatur Homerus Iliad. 1.

*Οὐδὲ μήτε τούτη τὴν λαβόμενην.**Οὐδὲ τερψίαν, οὐδὲ περιπέτερην αἴσθησιν.**Eii Ephyre vrbis Argi vicina feracis equorum.**Sisyphus hic habitat, cuius prudentia mira est.*

Hunc astutissimum omnium mortalium fuisse memorant, quippe cū Auto-
lyci sua tempestate insignis & nobilis latronis, qui non solum iureitando,
sed etiam præstigiis ita homines decipiebat, ut alias res pro aliis caperent,
fallacias repulerit. Cum enim greges Sisyphi, qui tunc imperabat Corin-
thi, Autolycus aliquando occultasset, illosque mutatos reddere conaretur,
vna litera contentum inusserat. Id ubi vidisset Autolycus amicitiam contra-
xit cum Sisypho, atque illi Anticleam filiam in matrimonium dedit; ex qui-
bus nata est filia eiusdem nomino, quam Laertes pater Ulyssis pollea xco- 40
zem duxit, de qua ita Home. meminit lib. 1. Odyss.

*Εὖλος ἐν τούτῳ μετρίᾳ κατασκευαστεί,**εἰς τάλαντον θυμάτης μετρήσει τοιάλατον.**Τοῦ διοίσι τοιάλατον λόγον διάλει πρός.**Atq; anima accessit defuncta deinde parentis**Anticlez alto Autolyci de semine natu.**Quam viuam liqui cum sacra moenia Troiz**Accessi.*

30

Fama